

quoad primum membrum posset esse bona, nisi  
 35 quod illis | fidelibus fuit permissum habere A 58v<sup>b</sup>  
 multas uxores ex causa necessaria, ne cultus Dei  
 traderetur oblivioni? Et ideo hoc non fuit contra  
 coniugium seu matrimonium.

2<sup>o</sup> dicitur in difinitione matrimonii:  
 40 'personarum ydonearum'.

Pro illo est sciendum, quod quedam sunt  
 persone ydonee, alique vero non. Ille persone  
 dicuntur ydonee, que habent et possunt inter se  
 contrahere matrimonium, sicut sunt ille persone,  
 45 que non sunt eiusdem sangwinis. Sed persone,  
 que sunt eiusdem sangwinis, ille sunt persone non  
 ydonee, ut sunt fratres et sorores. Et hoc est, quod  
 Moises antiquitus prohibuit, ne frater cum sorore  
 aut nurus cum nepte nec cum sororis filia  
 50 matrimonium contraheret. Diceres: Tamen  
 antiquitus pater cum filia aut frater cum sorore

---

48/50 Moises – contraheret] cfr Lev. 18, 6-18; 20, 17

34 membrum posset] melius possit *D* || 35 illis] *om.*  
*E* || permissum] promissum *E* || 36 multas] plures  
*DE* || causa necessaria] necessaria causa *E* || 37 hoc] *om.* *E*  
 38 coniugium – matrimonium] matrimonium seu  
 coniugium *E* || matrimonium] contra matrimonium *B*  
 39 2o] Et sic *C* || 42 alique] quedam *C* || 42/43 alique –  
 ydonee] *om.* *E* || 43 ydonee] *om.* *B* || habent et] *om.* *E*  
 44 contrahere] habere vel contrahere *E* || 45 sunt] *om.* *E*  
 46 sunt<sup>2</sup> – non] persone non sunt *E* || 47 ut] sicut *E* || est]  
*om.* *E* || 48 antiquitus prohibuit] prohibuit antiquitus *E*  
 49 nepte] nepote *CDE* || 50 contraheret] contrahetur *ABC*

matrimonium habuerunt. Nota: Urgente  
necessitate hoc fuit prohibitum.

55 Ex illo patet, quod non quelibet persona habet  
contrahere matrimonium cum qualibet alia  
persona, quia cristianus cum pagana non, vel cum  
Iudea. Et hoc est, quod dicit Deus: Ne coniungatis  
filios vestros filiabus aligenigenarum, | ne E 84v<sup>a</sup>  
fornicentur.

60 Item virgines consecrate non debent  
contrahere matrimonium, quia ille iam sunt  
desponsate uni viro immortalis, sicut Cristo. Item  
persona, que fecit votum continencie, non potest  
matrimonium contrahere. Ex isto patet, quod  
65 subdiaconi, dyaconi, presbiteri et monachi non  
habent contrahere matrimonium, quia votum | C 269<sup>a</sup>  
continencie fecerunt. Et licet verbo non fecerunt | A 59r<sup>a</sup>

---

57/59 Ne – fornicentur] cfr Ex. 34, 16

54/57 non – Iudea] cfr PETR. LOMB., *Sent.* 4, 39, 1 (p. 483-484); cfr HUS, *Sent.* 4, 39, 3 (p. 686) || 60/64 Item –  
contrahere] cfr HUS, *Sent.* 4, 38, 1 (p. 678-679); *Manž.* 7 (p. 305) || 63/64 persona – contrahere] cfr PETR. LOMB., *Sent.* 4, 38, 2 (p. 478); THOM. AQ., *Sent.* 37, 1, 1 (p. XXX) || 65/67 subdiaconi – fecerunt<sup>1</sup>] cfr PETR. LOMB., *Sent.* 4, 37, 1 (p. 476); cfr HUS, *Sent.* 4, 37, 1 (p. 676); *Manž.* 8 (p. 306-307)

---

52 Urgente] Oriente *D* || 54 habet] debet *A*, potest *E*  
56/57 non – Iudea] vel cum Iudea non *C*  
58 aligenigenarum] alienigenarum *B*, alienarum *D*,  
alienorum *E* || 61 iam] *om.* *C* || 62 sicut] scilicet *BE*  
64 isto] illo *D* || 65 subdiaconi – presbiteri] subdyaconi *C*,  
subdiaconi et dyaconi *D*, dyaconi, subdyaconi *E*  
66 habent] possunt *E*

neque sciunt votum, tamen ordo scit votum. Sicut  
 monachus non vovet verbis continenciam, constat  
 70 tamen ordinem vovere.

Tercio dicitur in difinitione de ‘inseparabilis  
 vite societate’.

Hoc est verum: Salvis certis casibus primus est  
 etas, quia oportet, quod vir sit ad minimum XII  
 75 annorum vel XIII, virgo vel mulier ad minimum  
 XII vel XI annorum, ut sciant consentire. Et ideo si  
 ante illud tempus | coniunguntur, sunt D 160v  
 separabiles, nisi tunc postea consenciant, cum ad  
 tempus veniunt discrecionis.

80 Secundus est cognacio, et ideo prohibitum est,  
 ne mulier mortuo viro sibi coniungat aliquem de  
 genere viri sui, quia cognacio viri est cognacio  
 uxoris sue, nam duo fuerunt in carne una per  
 coniugium.

---

74/79 vir – discrecionis] cfr PETR. LOMB., *Sent.* 4, 36, 4 (p. 475); HUS, *Sent.* 4, 36, 1 (p. 674-675) || 80/84 Secundus – coniugium] cfr HUS, *Sent.* 4, 41, 1 (p. 695)

68 scit] sit C || 69 vovet] vovit D, ponit E || 73 primus] primum E || 74 sit – minimum] ad matrimonium sit E  
 75 XIII] XIII E || vel<sup>2</sup>] et E || minimum] matrimonium sit E  
 76 XII – XI] XI vel XII E || 77 illud] istud D || coniunguntur] coniungantur D, coniungentur E || 79 veniunt] veniant E  
 80 Secundus] 2° E || et ideo] nam B || 81 mortuo – sibi] sibi viro D || 83 fuerunt] fuerunt steriles E || per] om. E

85 Tercia est sterilitas, nam si vir sit sterilis et non  
possit uxori debitum persolvere, hii, si coniuncti  
sunt, debent separari, nisi ambo consenciant in  
hoc, quod volunt simul manere.

90 Quartus est parvitas membri vel magnitudo  
viri vel mulieris.

Quintus est fornicacio sciens et voluntaria viri  
et mulieris. Ideo dico 'sciens', quia si vir  
coniunxerit se alteri mulieri | credens illam esse B 88v  
suam, ignorancia excusat peccatum. Ideo dico  
95 'volens', quia si aliqua pateretur non volens, sicut  
legimus de sacris virginibus, que passe sunt a  
tyrannis, et ideo non manent minus virgines.

Nota, diceret aliquis: Nunquid infirmitas  
possit prohibere matrimonium, sicut est lepra,  
100 paralisis et morbus | caducus? Respondet A 59r<sup>b</sup>  
Augustinus et ait: Vir non dimittit uxorem suam  
sive diformem corpore, sive membris debilem,  
sive cecam, sive claudam, sive doloribus infectam,

---

85/87 Tercia – separari] cfr HUS, *Sent.* 4, 30, 4 (p. 657); *Manž.*  
8 (p. 307) || 101/104 Vir – fornicacionis] cfr AUG., *S. dom. m.*  
1, 54 (p. XXX); C. 32 q. 5 c. 18, FRIEDBERG I, 1137; PETR.  
LOMB., *Sent.* 4, 34, 6 (p. 467)

85 Tercia] 3<sup>us</sup> D, Tercium E || sit] om. D || et] om. E  
86 uxori] uxoris D || persolvere] solvere E || 87 consenciant  
in] consenciant ad E || 89 Quartus] Quarta E || 91 Quintus]  
4<sup>us</sup> D, Quinta E || 92/93 Ideo – mulieri] om. E || 94 suam]  
sua D || ignorancia] ignoranciam E || 95 pateretur] fateretur  
B, pati A || 96 sacris] sanctis E || 97 non] om. E || manent]  
manebunt E || 100 et] om. CE || morbus caducus] caducus  
morbus E || 101 dimittit] diligit B, dimittat E

nisi causa fornicacionis. Et ideo oportet, quod vir  
 105 sit cum uxore. Et econverso, in quacunque  
 infirmitate fuerit et poposcerit carnale debitum,  
 vir persolvere debet.

Nota, diceres: Tamen Moises concessit hoc  
 Iudeis, quod essent separabiles a mulieribus  
 110 eorum, ut patet Mathei V<sup>o</sup>. Respondetur, quod  
 Moises inspexit hoc, quod Iudei sepius uxores  
 eorum interfecerunt, sicut cum fuerunt nimis  
 antique vel indisposite vel quia ipsi Iudei indurati  
 fuerunt cordis. Modo Moises volens hoc mitigare  
 115 | concessit Iudeis, quod potuerunt uxores eorum E 84v<sup>b</sup>  
 dimittere; debuit sibi dare libellum repudii, id est  
 literam, in qua erat suspectum vel | scriptum, C 269<sup>b</sup>  
 quare eam repudiavit, id est dimisit. Sed modo  
 iam non sic debet fieri, sive mulier sit disposita  
 120 sive indisposita, sive debilis sive sana; semper  
 debent esse inseparabiles salvis causis prioribus.

---

**108/118** Moises – dimisit] cfr Deut. 24, 1-3; Matth. 5, 31; 19,  
 7; Marc. 10, 4

---

**104** nisi] sine *E* || oportet] *om. E* || **105** cum] sine *E*  
**106** fuerit] *om. D* || carnale] carnalem *DE* || **109** separabiles]  
 separabiles viri *C* || **111** sepius] *om. D* || **111/112** uxores –  
 interfecerunt] interfecerunt uxores eorum *C*, eorum uxores  
 interfecerunt *E* || **113/114** indurati fuerunt] fuerunt indurati  
*E* || **114** cordis] corde *C* || hoc] *om. D* || **115** potuerunt –  
 eorum] Iudei possunt eorum uxores *E* || **116** debuit – dare]  
 et dabant sibi *E* || debuit] debent *D* || id est] aut *D*  
**117** erat] est *E* || vel scriptum] *om. D* || **119** non sic] sic non  
*E* || **121** causis] casibus *E*

Ultimo dicitur in diffinitione matrimonii  
 'consensus', et per hoc vult beatus Augustinus,  
 quod coniunctio carnalis non facit coniugium, sed  
 125 consensus, sicut patet per Ioseph, cui angelus  
 dixit, Mathei I<sup>o</sup>: *Accipe Mariam coniugem tuam*, ubi  
 fuit coniugium sine carnali copulatione. Et  
 consensus talis est duplex: Aliquis est sine  
 contraccione et ibi absolute est coniugium, | alius A 59v<sup>a</sup>  
 130 est cum contraccione isto modo, quod primo fit  
 contraccio et post inter virum et mulierem fit  
 consensus, ut frequenter accidit. Ille sequens  
 consensus facit coniugium et supplet, quod  
 precedens contraxit.

135 Et tantum de primo membro.

Quantum ad 2<sup>m</sup> principale est sciendum, quod  
 multa requiruntur ad matrimonium, si debet esse  
 divinum et catholicum.

Primum est, quod copulantur secundum iura  
 140 canonica et ecclesiastica, quia alias

---

**126** Accipe – tuam] Matth. 1, 20

**124/125** coniunctio – consensus] cfr AUG., *Serm. Script.* 51,  
 13 (p. XXX); PETR. LOMB., *Sent.* 4, 28, 3 (p. 435)

**123** per] propterea *E*, om. *D* || hoc] om. *E* || **124** coniunctio]  
 coniugacio *D* || **125** Ioseph] Iozeph *E* || **128** est<sup>2</sup>] om. *E*  
**130** est] om. *D* || fit] sit *E* || **131** contraccio] conpaccio  
*E* || et<sup>1</sup>] ut *E* || virum – fit] mulierem et virum sit *E*  
**132** ut] ubi *D* || **134** contraxit] contradixit *ABC*, contradicit  
*D* || **138** catholicum] non dyabolicum *DE* || **139** quod] om.  
*D* || copulantur] copulentur *BD*, copuletur *E* || **140** quia]  
 quod *C*